

II.

Om tvende danske Psalmedigtere.*Af Holger Fr. Rørdam.*

1. I Brandts og Helvegs Danske Psalmedigtning anføres blandt Psalmeforfatterne fra det 16de Aarhundrede Boghandleren Claus Føerd, og der meddeles tvende Psalmer af ham (I, Nr. 92—93), som i Hans Thomesens Psalmebog (Udg. 1569, S. 352—8) opføres under Forfatternavnet »Nicolaus Fædderus M. D. lx.» I Nyerups Literaturlexicon (S. 183) saavelsom i den danske Digtekunsts Historie (I, 212) vil man finde samme Efterretning. Den er ikke desto mindre urigtig, og man har sammenblandet to samtidige Personer, hvis Navne havde en vis Lighed. Istedetfor vidtløftig at paavise, hvorledes Misforstaaelsen stammer fra P. Resens Bibliotheca og derfra har forplantet sig til Cimbria lit., Worms Lexicon osv., skulde vi her kortelig oplyse det rette Forhold. — Der var ganske rigtig en Bogfører i Kjøbenhavn ved Navn Claus Føerd, han var født i Kiel 1511 og døde i Kbhvn. 27 April 1584¹⁾, og han har paa sin Bekostning udgivet det ny Testamente paa Dansk 1558 (Aftryk af Christian III's Bibel). Ligeledes har han udgivet »Kaanst christelig oc vel at døe, Disputatio oc en Samtale imellem et siugt Menneske oc Fristeren. Bescreffuen aff Iuone Barschampo D., oc nu vdset paa Danske«. Kbh.

¹⁾ Hans Gravskrift findes i Resenii Inscript. Hafn. p. 130, samt i Jonges Beskr. af Kbhvn. S. 352.

1570. 12, nyt Oplag smst. 1575. 8 (Skriftet er af Claus Føerd tilegnet Povl Povlsen, Kannik i Oslo). De andre Skrifter, som i vore Literaturlexica tillægges ham, ere derimod af en anden Forfatter, nemlig Niels Jensen Fædder, og det er denne, som er Psalmedigter og ikke den tydskefødte Bogfører Cl. Føerd, som neppe gav sig af med at forfatte danske Psalmer. N. M. Petersen mærkede allerede Uraad, men manglede Midler til at godtgjøre, hvori Misforstaaelsen bestod¹). Af Lyskanders Bog »De scriptoribus Danicis« kan det rette Forhold imidlertid oplyses. Her fortælles nemlig, at »Nicolaus Fedderus« var Magister, Provst og Præst i Stege paa Møen, en velstuderet Mand, en god Prædikant, der gav sig af med Historie og Digtekunst, og at han har udgivet et Digt om Krigen i Ditmarsken samt oversat Leonhardi Northusii »Hortulus« paa Dansk. — Hvad det sidste Skrift angaar, da findes det endnu i det kgl. Bibl. under Titel: »Den christne Lystgaard, en christelig, skøn Trøste Dict, huorledis oc huor met en Christen skal trøste sig i Kaarss oc Drøffuelse. Bescreffuen aff M. Leonhardo Northusiano, oc fordansket aff Nicolao Fæddero«. Kbh. 1579. 8 og siden oftere²). Foran findes en Tilegnelse: »Erlig oc velfornumstig Quinde, Kirstine Mandz, salig Matz Fæddersens efterleffuerske, Borgerske vdi Suenborg, min kiære Suogerske ynsker ieg Niels Jensen Fædder Naade oc Fred ved Jesum Christum« (osv). »Dat. Kiøbenhaffn 10 dag Nouembris Aar 1560«. Paa denne Tid var Niels Fædder endnu ikke Præst i Stege; men han blev det saavidt vides Aaret efter, da den hidtilværende Præst, M. Jens Christensen, døde. Han ægtede da ogsaa dennes Enke, Anne Pedersdatter, der oftere har været omtalt i disse Samlinger³). I Juli 1565 tog han Magistergraden⁴), men døde kort efter. I September

¹) Bidrag til den danske Lit. Hist. II, 273—4.

²) Rimeligvis har der været en ældre Udgave end den af 1579, som først udkom længe efter Oversætterens Død.

³) Ny kirkehist. Saml. I. 12. 23 f. III, 539.

⁴) Thura, Valvæ schol. apertæ msc. (Addit. B. U. H. 205. 4).

s. A. udnævntes nemlig den bekjendte M. Iver Bertelsen til hans Eftermand¹⁾. Naar Lyskander siger, at M. Niels Fædder har skrevet et Digt eller en Vise om Krigen i Ditmarsken, saa forekommer det os ikke usandsynligt, at det er den Vise, som uden Forfatternavn findes aftrykt hos Resen, Frederik II's Krønike, Anhang S. 167—8, og hvis første Vers lyder:

Kong Friderich hand sidder paa Kolding Huus,
Hand holder med sine Svenne et got Rusz.
De Dytterske Herrer de hafve deris Liff forlaaret²⁾.

Derimod have vi ikke fundet »En christelig Dict om disse sidste Verdsens farlige Tider« Kbh. 1563. 8; men efter Titelen kunde det nok tænkes, at de to Psalmer af N. Fædder, som H. Thomesen har indlemmet i sin Psalmebog, ere Stykker af dette Digt, thi de indeholde netop Formaning til Aarvaagenhed i Anledning af Verdens sidste Tider. Rigtignok bære de hos H. Thomesen Aarstallet 1560; men der er jo intet til Hinder for, at »Digtet« allerede kan være udgivet i dette Aar, og senere kan være oplagt igjen. Thi, som vi have set, syslede N. Fædder netop med Pennen i Kjøbenhavn 1560, og det lader til, at han var en Forfatter, som forstod at træffe den Tone, Folk syntes om.

2. I vor nu brugelige Kirkepsalmebog findes under Nr. 126 Psalmen »I Jesu Navn bør [skal] al vor Gjærning ske«, der, siden den første Gang fremkom i Holsts Psalmebog 1645, har haft sin Plads i Kirkepsalmebøgerne (»den evangeliske« undtagen). Men hvem Forfatteren er, har hidtil ikke været almindelig bekjendt, ialfald sige saavel Brandt og Helveg (I, Nr. 556) som Kirkepsalmebogen, at Forf. er »ubekjendt«. Det vil derfor maaske interessere denne Psalms Venner at erfare, at den er digtet af Rektor M. Johan Friderichsen i Roskilde, som skrev den til sit eget Bryllup og selv sang den til Orgelet med sin velklin-

¹⁾ Ny kirkehist. Saml. III, 554—5.

²⁾ Hos Sv. Grundtvig, Danmarks gl. Folkeviser III, 674 ff. vil man finde flere Opskrifter (den ældste fra 1613) af denne Vise. I Kgl. Bibl. findes desuden en særskilt Udgave af Visen, Kbh. 1677. 8.

gende Røst paa sin Bryllupsdag. Om Forfatteren kunne følgende Efterretninger meddeles, idet vi forresten henvise til Cimbria lit. I, 197, Blochs Roskilde Domskoles Hist. I, 53—55. III, 7, og Rietz, Skånska Skolväsendets Hist. S. 366—7, hvor der findes mere om ham. Han var født i Flensborg 1603, hvor hans Fader var Sognepræst ved S. Nicolai Kirke. Tidlig udmærkede han sig som en af Flensborg Skoles mest udmærkede Disciple¹⁾. Efterat være bleven Student rejste han i 9 Aar udenlands med unge Adelsmænd og vandt et stort Navn som latinsk Digter. Kejser Ferdinand II skal i den Anledning have skjænket ham »adelige Privilegier og Skjoldmærke«, og efter hans Hjemkomst paa-satte Willich von Westhofen, Kannik i Lund og kejserlig Comes Palatinus, ham Digternes Laurbærkrands. Efterat have taget Magistergraden i Kjøbenhavn, blev han først Rektor i Kjøge, derefter i Malmø og endelig (ved Nytaars-tid 1639) Roskilde, hvor han ægtede Marie Glob, og døde kun 38 Aar gammel, d. 9 April 1641. I Roskilde var han tillige Professor Poeseos ved det derværende Gymnasium. En stor Elsker af Sang og Musik var han; derom vidne nogle Breve fra ham til Biskop Jesper Brochmand, som vi have fundet, og som passende kunne gives Plads her, da de tillige tjene til at belyse M. Joh. Friderichsens Nidkjærhed i hans Rektorvirksomhed. De to sidste Breve ere skrevne faa Uger før Forfatterens Død.

a.

Salut. in Dn. JESU cum gratitudine paratiss.

Hæc sunt, admodum Reverende Dn. Episcopo, Pater ac Promotor devote colende, qvæ ad R. T. D^{tis} consilium per Dn. Præpositum nuper mecum communicatum reponere ex officio debui.

De rerum mearum statu certiozem facere Ven. Dn. Episcopum pluribus possem, verum sufficiant brevibus alias allata. Reditus salarii Scholastici tenuiores fuerunt hactenus: ablatis inde,

¹⁾ Han omtales i en hdskr. Hist. Scholæ Flensburgensis, Gl. kgl. Saml. 3009. 4, p. 100.

nec unquam compensatis, superioribus annis, quibusdam haud levis momenti rebus, quas inter erat Jus Patronatus Templi Thølløsiensis, præreptum Rectori Roschildensi cum 20 ovibus certâque pecuniâ annuâ: quod liquido constat etc. Bona paterna cum stipendiis lautioribus elegantiori Bibliothecæ potissimam partem impendi, adeoque Musicis optimorum ac devotissimorum artificum operibus tantum dedi, ut extet apparatus pro majoribus æque ac minoribus Scholis sufficientissimus. Omnia scilicet isti loco, ubi e re et usu communi futura videbantur, destinâram. Sed secus cessit, atque brevissimâ 5 dierum morâ præter meritum et culpam meam interjectâ, optato diuque sperato gaudere portu mihi non licuit. Per Te tamen stabit adhuc Ven. Dn. Pater, quo minus hic honestæ piæque recreationis thesaurus ἀρχηστος reddatur, adeoque simul et semel oleum ac opera mihi pereat misere. Licebit mihi vel hoc etiam loco Bibliothecæ meæ Philologicæ usufructu liberius, quod in extraordinariâ illâ Professione fieri commodissime poterit, lætari. Licebit, quod ultro simul offero, cum ingeniis alacrioribus et harmonice compositis, vel privatim, et horis minime saltim incommodis, communicare, quod plurimas postmodum Scholas bono cum Deo possit juvare.

Fratres duos habeo, Naamannum, quartum nunc annum Civem Academicum, et Christianum, supremæ Classis in Scholâ Roëskildensi discipulum, haud plane nullius spei adolescentes. Hunc domi meæ alo: illi in annum nunc duodecimum necessaria pro victu et amictu suppedito; posterioribus his itidem, (absumentis dudum, quæ in patrimonii sortem ipsi cesserant) de meo. Suppetias uterque utroque Parente orbatus, proxime et secundum Deum, a me poscit, fraterno quidem affectu καὶ προθύμως, dum illi se frugi dignosque præstiterint, ferendos, modo non destituat facultas. Invidere sane miseris pauxillum illud, quod rei familiaris penuriam haud parum nobis levâset, non debuisset in re lautiore per Dei gratiam ac benedictionem amplissimam constitutus, et noluisse forsân, re rectius et accuratius ad veritatis et charitatis Christianæ normam examinatâ. Verum in his et cæteris providebit Dominus, et Ipse faciet: quo benigne juvante, cæptisque nostris adspirante, non est, quod de Paternâ Ven. Dn. Episcopi voluntate dubitemus: quem etiam, in medium hic ut consulat, commodaque nostra benevole promoveat, per beatos Filii charissimi, Amici nostri,

dum viveret certissimi, Manes orphani rogamus et obtestamur. Non est, quod pluribus simus molesti: non est quod urgeamus, vel tribus saltim verbis adesse nobis dignetur, cum sufficiat unicum; permitto. Cujus ut spe nuper factâ gaudemus, ita re quoque nos propediem gavisuros confidimus: maxime, quod nihil hinc detrimenti Professores Ordinarii præsentes capiant; nihil omnino futuris decedat. Ponet R. V. D. hoc beneficium apud memores, Deoque et *εὐεργέταις* gratos: id quod re potius ipsa precibusque devotis præstare satagemus, quam verbis polliceri. Bene cum familiâ totâ peramanter ac officiose a nobis salutatâ, vale, Pater ac Promotor optime, et fave

Dab. Roëskild. XV IXbr. Ao. MDCXXXIX R. T. D. observ.

Johanni Friderico.

Salutat vos uxor mea, Ven. Dn. Patris Proflia, omniaque fausta et felicia cum gratiis precatur.

Udskrift: Admodum Reverendo, Amplissimo Clarissimoque Domino, Dn. Casparo Brochmanno, S. S. Theol. Doctori celeberrimo in Reg. Acad. Hafniensi Professore primario, Episcopo Diæceseos Sielandicæ vigilantissimo, Patri ac Promotori devote semper colendo, S.

Orig. i Danske Selsk. Saml. i Geh.-Ark. med Langebeks Paategning, at Brevet er foræret Selskabet af Etatsraad Fogh (til Ryomgaard). Denne har bemærket paa Brevet, at Forfatteren af samme var en Svoger til Erasmus Bartholinus, endvidere har han tilføjet: »Autor est hymni suavissimi I Jesu Nafn schal al vor Giærning schee, quem ad suas Ipsius nuptias composuerat, et, concinente Organo pneumatico, sponsus, sonora voce, decantavit, ex relatione Nicolai Slange».

b.

Cum a nobis discedat Nicolaus Ydstadius, qui quartæ classi, simulque Musices in Schola nostra præesse exercitio debuit: est quod de Successore curam cogitationemque habeam piam, non vano quodam et *ἀμύσῳ*, (qualium fucorum ubique seges est amplissima) sed pio, modesto, docto; qui pro classe illa, quæ sunt necessaria, non postea demum allaturum se promittat, sed præsens afferat, seqve re, non spe, solertem præstel. Fratri meo Naamanno, quantum jam annum Academica sacraque studia tractanti, Scholasticis junctis simul et repetitis rudimentis (secus

quam a multis fieri assolet) hoc officii, forsán haud inauspicato tradidissem: at ille pædagogias jugum apud Dn. Joh. Petræum, Canonicum, Virum bonum et nobis amicum, nuper subiit, tam subito vix excutiendum. Accedit, quod Musicas quidem leges intelligat frater lille meus; at præfectum Symphonix Chorique totius agere non audeat. Hic igitur in medium consulat V. Dn. Episcopus, et si quem noverit a Musica pariter ac eruditione pro classe dicta paratum, nobis benevole transmittat, ne quid per ulteriorem moram Schola capiat detrimenti. Absentis jam diu Nicolai Ydstadii partibus in Schola functus est Dn. Puccius¹⁾, quem utinam fata nobis non invideant! Miserrimus sane Rectoris status per crebram illam Collegarum mutationem et infelicem ἀλλοίωσιν, eorum saltem, quos δυνάμει ἐρμενευτικῇ Deus et natura melior instruxit. Nec parum addit ad reliqvas, quibus hic ἀδιαλείπτως urgeor, molestias hæcce cogitatio; sed quis renitentes retinere poterit? cum ita de rebus, quibus vitam tolerabunt, prospectum nostris sit Hypodidascales, ut lautior discipuli, binis fruantes beneficiis, sorte gaudeant: id quod ut his non invideo, ita ex altera parte indignum puto. Certe cum accidentia hic fere deficient, et pene nulla sint, ad piam Optimi Magistratus liberalitatem confugiendum. Cantoratus tamen Scholasticus cæteris ampliore gaudet salario, non frumento, sed pecunia 250 thaleris seqv. mon. constante. Qvinque examinis periculum subeuntes a me sunt auditi, quos inter Musicus nemo. Cæterum horum optimum laudare possum Severinum Olai Koch, Dn. Olai Severini in Asmindrup filium²⁾, de quo meliora mihi promitterem, modo parem in Musicis probasset solertiam, quæ ferme nulla; nisi forte Ven. Dn. Patri sic visum, ut Classi quartæ præfectus destinatis huic exercitio horis ipse discipulis adsit, per alium discipulum artis peritiorem (quem habemus) erudiendis. Verum si quid publice (quod superioribus diebus factum) sit expediundum, me manebit onus. Benevolo nos consilio et auxilio, fieri si poterit, Dn. Episcopus hic juvabit. Cœcum istum hactenus haud novi, non tamen spero, tacite hunc in pectore olla cocturum aliud, quam quod pietatem cum modestia ac diligentia junctam sapiat. Eximiis ornatus testimoniis, quæ privatim, quæ publice, datis me quidem

¹⁾ Se Ny kirkehist. Saml. III, 455 ²⁾ Smst. S. 457.

accessit, quibus fidem habeo, pretium statuo, haud interim ignarus, ἀνθρωπον ζῶον εὐμετάβουλον. Eleganti promptoque videtis ingenio: verum in his ac cæteris exactiori Dn. Patris judicio merito subscribo. Unum hoc peto ac repeto, Dn. Pucchium nobis servet. Et hic non desunt, quibus posthac lætetur amplioribus. Etenim βραχύβιον me futurum haud obscure conjicio. Hominem pium, doctum, candidum amo et æstimo, cui simul ac Scholæ nostræ cupio. Vale, mi Pater, et ignosce prolixis hisce et forsán ingratis, quæ veniam eo nomine petunt, quod in Te devote colendo, quæ a nobis proficisci possunt, occupentur unice. Bene vale et fave mihi, meis studiis, meæ familiæ: Sic Tibi Tuisque Jesus faveat! Amen!

R. T. Dig^{ti}s observantissimus

Dabam Roëskildæ

Joh. Fridericus.

d. XIV Calend: Aprilis Ao. 1641.

P. S. Valetudinis cara est ratio, ut subinde afflictam sentiam, meliora tamen, cum ærem haurire mitiorem licebit, Deo juvante, sperem. Nunquam tamen hactenus ita me lecto affixit necessitas, ut vel unica officii hora perierit: Verum cum semel atque iterum valetudinis habenda fuerit ratio (nam Medico utebar) commodiore id factum tempore, cum abesse liceret, aut vicaria Dn. Pucchii opera, quicquid id erat, feliciter supplavit. Recte valet utraqve proflia, Compatremque peramanter ac officiose salutat.

c.

Ignosce, quæso, tam crebro compellanti. Brevioribus in posterum me expediam. De Cantore huc misso gratias R. T. Dig^{tati} habemus longe maximas, et nobis gratulamur, operam daturi, ut ipsi bene sit. In reliquis itidem Scholæ rationem habebo, quam potero, diligentissimam, fidelissimam. Cæterum cum Serenissima Regia Majestas 2 beneficia Latinæ Græcæque lingvæ Professoribus indulserit, quorum alterum Dn. Johannes Mejerus ambire visus ad ampliora secessit, prudens utique, cui hic alias salario 19 frumenti pondo vivendum fuisset: occasio se videtur offere non negligenda, qua Rectoratui a stipendio tenuiter hactenus instructo R. T. Dig^{tas} benigne succurrat. Unico illud verbo a Regia Maj^{te} Ven. D. Episcopus impetrabit; cum Scholæ nostræ ratio Gymnasium integrum nondum capiat (nec enim Auditores essent, nec horæ, quibus docerent

Professores modo constitutis plures, suppeterent) liceat mihi, partibus istis, qva prosam, qva poësin, biennium functo, Professoris itidem Latinæ lingvæ salario gaudere, si quando erogabitis. Novendecim sunt frumenti pondo, qvæ peto: inde nemo alius familiam sustentabit, at addita et concessa Rectori non parum prius et antiquum stipendium augebunt, qvòd est 48 pondo, (seu 4 Læster Korn, hvorudaf ickun 19 Pund af ultima præbenda januæ ere med herlighed) qvæ si frumenti pretium annum 8 thaleros excesserit, 400 thaleros conficiant. Exiguum sane ἀδιαλείπτου πόρου præmium! quantum vel unico aut altero offeritorio (ceu vocant) Pastori datur. Fide præterea sincera affirmo, inde fere dimidium honestatis ac necessitatis impensis, extra oeconomiam rationem, hoc loco tribuendum. Pro victu igitur et amictu mihi totiqve familiæ supersunt 200 thaleri. Hanc nisi penuriam sublevâsset Conrectoratus hoc biennio mihi creditus (qvòd absqve publici boni detrimento factum spero) durius utiqve sordidiusqve vivere coactus fuisset. Accidentia hic qualia sint et qvanta, R. T. D^{tati} dudum innotuit. Optime nunc de tota posteritate Dn. Episcopus merebitur, hac arrepta occasione: tantamqve beneficentiam Scholæ Roschildensi præstitam compensabit Deus. Manebit beneficium illud apud Exedram nostram, cui semel concessum; ac de necessariis uberius prospectum erit Scholæ Rectori, ne curis domesticis se maceret, Scholasticis meditationibus ac ἔργοις tolum hominem requirentibus, vacaturus. Privatas non afferam rationes plures. Est ubi alterutrum, Musices aut funerum deducendorum, accidens integrum Rectoris Roschildensis stipendium non solum exæquat sed et longe superat: unde excidi non mea culpa. Lautiora quoqve Malmogiæ discedens reliqui, verum sciens, volens, a Magnifico Dn. Cancellario μαχαρίτη jussus et vocatus. De Rectoratus solius salario loqvor. Nec enim est, qvòd de conjunctis qverar, gratias potius immortales R. T. Dignitati habiturus, cujus benignitas, providentia sane divina ducta et confirmata, nobis hæc commoda fecit. Veruntamen, cum, qvòd in futurum mihi promittere qveam, incertum sit, si forsàn duos Scholæ Rectores non necessitas, non utilitas, sed antiquus ille mos et recepta prius consuetudo esse jusserit: fas ubiqve sit, certo illo 19 pondo frumenti auctario tuâ, Ven. Dn. Pater, promotione, qvæ sola hoc poterit, frui, lætari. Qvòd si fiet, ita

Deo juvante, Professorias illas partes supplebo, ut et Ordinationi Regiæ, et designationi nobis præscriptæ respondisse non infeliciter dicar, omnemqve movisse lapidem, qvo Deo Tibique pietatem ac industriam debitam καὶ δύνανται probarem. Bene cum familia tota vale, Pater et Promotor optime, et fave

Dabam Roschildiæ

R. T. Dig^{tatis} observantissimo

d. 23. Martii Ao. 1641.

Joh. Friderico.

b. og c. efter Afskrifter i Kgl. Bibl., Gl. kgl. Saml. 3038. 4.
